Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



95

homo sicut fenum: dies eius tamq̃
flos agri sic efflorebit. Quoniam spi
ritus pertransibit in illo et non subsi
stet: et non cognoscet amplius locum
suum. Misericordia autem domini ab
eterno et usq; in eternum: super time
tes eum. Et iustitia illius in filios fil
orum: his qui seruant testamentũ ei.
Et memores sunt mandatorum ipsi:
ad faciendum ea. Dominus in celo pa
rauit sedem suam: et regnum ipsius
omnibus dominabitur. Benedicite do
mino omnes angeli eius: potentes uir
tute: facientes uerbum illius ad audien
dam uocem sermonum eius. Benedi
cite domino omnes uirtutes eius: mi
nistri eius qui facitis uoluntatem eius.
Benedicite domino omnia opera eius:
in omni loco dominationes eius bene
dic anima mea domino.